

in materia exorbitanti: Quod vulneratio-
narius communis facta per dispensatio-
nem preponderet subiecta materia: ut pro-
bat Euerardus loco à ratione legis genera-
li. nu. 50. & 61. Nec obstat casus cap. quod
dilectio, non enim innititur ea decisio in-
terpretationi strictè faciendæ dispensatio-
nis, sed ratione consuetudinis, quæ in eo
loco vigeat, ex cuius violatione scanda-
lum onebatur, id ibi decisum est. Quod
constat ex fine eiusdem textus, ubi decisio-
nis redditur ratio sic. *Consuetudine ducimus
multitudinem, & obseruata consuetudine defe-
rendam, quam aliud in dispensationem, & scanda-
lum populi facerendum.* Et ita tradunt ibi
Glossa. verb. vterque, Innocent. sine, Abbas
num. 7. Imola. l. 2. in principio. num. 2.
ff. de verb. oblig. & ibi Romanus num. 62.
Aretinus num. 2. Felinus. d. ca. postula-
stus. num. 9. & cap. fin. num. 8. de Simon.
Corneyus cõsil. 201. num. 15. volum. 2. Co-
uarr. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 12.
Veracr. append. art. 49. p. Speculi. pa-
gina 99. & 1. p. Speculi. art. 44. pagina 4. Pe-
trus de Ledesma de matrim. quæst. 54. art.
2. ad finem.

34 Secundò temperatur, ut valeat id argu-
mentum à maiori, quòd casus, in quo dis-
pensatur, rationem expressam concessio-
nis continet. Tunc enim extenditur ad ca-
sum non expressum, ubi reperitur eadem
ratio. Quia iuxta doctrinam Glossæ com-
munitè receptæ. cap. 1. verb. Italia, de tem-
por. ordin. in 6. hoc non est extensio, sed
declaratio, qua declaratur includi eum ca-
sum expressam dispensantis mente. Sic Ab-
bas cap. at si clerici. §. de adulterijs. num. 8.
de iudic. & ibi Decius in noua editione, li-
mitatione 1. num. 89. & 90. Hippolitus nu-
me. 88. Ripa. cap. ad aures. num. 41. de re-
script. Manuel. quæst. regular. tomo 2. q.
46. art. 11. Nec obstat Felinus discedere
ab hac limitatione. cap. postulasti. num. 9.
limitatione 1. de rescript. Et dicitur, quia
si non extenditur dispensatio à maiore
rationis, à fortiori, nec ab identitate. Sed
benè responderi Decius, quando est ratio
expressa in lege, non esse propriè exten-
sionem, sed tantum quando à similitudine, vel
maiore rationis non expressæ argumen-
tum ducitur.

35 Tertiò temperatur, quando id minus
est annexum, vel inclusum in maiori tan-
quam pars eius, vel ab eo inseparabile: tunc
enim dispensatio in casu maiori extendi-
tur ad minorem. Quia concessio toto par-

tes concessa videntur. Ut dispensatio ad
Sacerdotium extenditur ad omnes ordines
inferiores. Sic Ioann. Andr. addit. ad Spec-
cul. tit. de dispensatione. §. finali. verb. dis-
pensatum. Hostien. cap. postulasti. nu. 12.
de rescript. & ibi idem Ioann. Andr. num.
11. Anton. num. 8. Imola num. 11. & 14. Bar-
bat. num. 7. Bellem. num. 3. idem Anton. c.
litteras. num. 10. de fili. presby. & ibi Abbas
num. 6. Milis in repertorio, litera D. nu. 23.
verb. dispensatio. versic. dispensatio licet
tanquam odiosa. Francus. cap. cui de non
Sacerdotali. num. 5. de prab. in 6. Probus
addit. ad Monachum. cap. vnico. num. 9. &
10. de ætat. & qual. in 6. Felinus cap. finali.
num. 5. de Simon. & cap. at si clerici. §. de
adulterijs. num. 17. de iudic. Sarmiento de
reddit. 4. part. cap. 4. num. 5. Maiolus lib. 5.
de irregul. cap. 51. num. 10. & lib. 4. c. 8. nu.
7. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. c.
14. num. 17. & lib. 6. c. 1. num. 20.

36 Quartò temperatur, ut non valeat argu-
mentum à maiori in dispensationibus ab
homine concessis, secus in ijs, quæ à cano-
ne, vel lege inducuntur. Quia illæ strictè
hæc verò largè interpretandæ sunt. (vt dixi-
mus num. 7.) Sic Couarr. 4. decret. 2. p. c.
8. §. 8. nu. 11. Ludou. Lopez. 2. p. instruct.
ubi de clauibus. c. 9. col. 5.

37 Tandem limita, ut regula procedat quòd
maiùs & minus sunt in diuersis generi-
bus: secus si vtrumq; sit in eodem genere:
tunc enim dispensatio in maiori verba præ-
gnantia habens extenditur ad minus. Sic
Oldradus consil. 215. num. 7. Felin. cap. po-
stulasti. num. 13. sine, limitatione 8. de re-
script. Borgasius de irregular. par. 2. tit. de
interpretatione dispensationis. num. 17.

38 Hinc deducitur, Episcopum, aut mona-
chum, cui cõcedit Pontifex testandi facul-
tatem, posse quoq; codicillum facere, aut
causa mortis donare. Quia hæc sunt partes
vltimæ voluntatis, quæ concessio testamen-
to conceduntur. Ut probatur ex l. Marcellus.
ff. de donat. causa mortis. ubi. *Nam & mor-
tis causa donare poteris, cui testari concessum
est.* Atq; ita reprobat Socino iunior, qui
contrarium tenuit consil. 13. nu. 12. & 13. &
consil. 89. nu. 31. lib. 1. tenent Nauar. apolo-
gia ad lib. de reddit. q. 3. monito 7. 9. & 10.
Mandofius latijus probans de signaturæ gra-
tiæ. verb. licentia testandi. vers. alia etiam
ambiguas. Sarmiento de reddit. p. 4. c. 4.
nu. 5. Henriquez lib. 7. de indulg. c. 21. nu.
6. & c. 30. nu. 7. & in h. Molina tomo 1. de
iust. tract. 2. disput. 14. ad finem.

39 Secundò inferitur, concessionem ouo-
rum extendi ad lac, & caseum. Sic Henri-
quez lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 3. cum
reddens rationem, quòd minus sit. Sed hæc
ratio displicet, non enim video quo pacto
sit minus. Quare rationem legitimam esse
censeo, quia vnica, & indiuidua est prohibi-
tio ouorum, & lactiniorum, eò quòd se-
mentinam originem à carnibus trahant: si-
cut est voica, & indiuidua prohibitio om-
nium carniam. Quòd constat ex c. deni-
q; 2. d. ubi hæc prohibitio continetur his
verbis. *Par autem est, vt nos, qui his diebus à
carnibus animalium abstinemus, ab omnib; quoq;*

que semetina trahit originem carnis abstineamus: à lacte videlicet, caseo, & ouis. Sicut ergo
is cui ratione morbi conceditur vt auem
cedat, non erit reus præcepti quibuscuq;
carnibus vescens: sic cui ouorum elus cõ-
ceditur, cæterorum quoq; lactiniorum
vlus licet. Similiter cui elus carniam con-
ceditur, subinde ouorum, & lactiniorum
vlus permittitur. Quòd rotaturatio
prohibitionis horum sit, eò quòd à carni-
bus semetina originem trahant. Atq;
ita pendet prohibitio hæc à carniam prohi-
bitione: sublata ergo principali prohibi-
tione tollitur accessoria.

DISPUTATIO SECUNDA.

An Potestas dispensandi sit latè interpretanda?

SUMMARIVM.

Potestas dispensandi est latè interpretanda.
num. 1.
An ad solos casus adaptabiles, & comprehensos
sub lata verbi significatione extendatur, &
in quibus est eadem, vel maior ratio, licet
sint separabiles. num. 2.
Quid, si cõcedit in damnum tertij, & an potestas
conferendi beneficia extendatur. num. 3.
Quid, si consuetudine indita sit certa inter-
pretatio in eadem. num. 4.
An extendatur ad dispensandum in iure natu-
rali, vel diuino. num. 5.
An extendatur, quando conceditur ad dispen-
sandum cum certis personis. num. 6.
An privilegia bullæ, & libelli sint strictè intel-
ligenda. num. 7.
Potestas dispensandi concessa Episcopo circa be-
neficia, an ad simplicia restringatur. num. 8.
Quid, ubi est dubium, an dispensatio, vel dis-
pendi potestas extendatur ad casum? nume-
ro 9.
Potestas dispensandi capituli sede vacante an
extendatur ad casus occultos commissos Epis-
copo in Trid. sess. 24. cap. 6. & ad casus com-
missos Episcopo in Trident. tanquam delega-
ti Sedis Apostolicæ, & an ea sit potestas ac-
legata. num. 10.
An ea videntur iuris factis competat Episcopi
non dum consecratis? num. 11.
An ea facultas sit odiosa, ac restringenda, nec
competit Episcopo ante Trid. Et compe-
tat alijs habentibus iurisdictionem quasi E-

piscopalem, & subditi horum possint in his
casibus adire Episcopum? numero 12.
An superiores religionis, erga religiosis gau-
deant ea facultate? numero 13.
An potestas dispensandi in votis, vel iuramentis,
extendatur ad ea commutanda? Refertur
quædam sententia. num. 14.
Proponitur sententia Authoris. num. 16.
An potestas circa vota, extendatur ad iura-
menta? Refertur duplex opinio num. 16. 17.
Proponitur sententia Authoris. num. 18.
An facultas circa iuramenta soli Deo facta ex-
tendatur ad vota? num. 19.
An ea facultas extendatur ad iuramenta, in qui-
bus est turpitudinis in recipiente? num. 20.
An facultas circa vota extendatur ad votum,
& iuramentum simul expressè facta? Refertur
duplex sententia. num. 21. 22.
Proponitur sententia Authoris. num. 23.
An sit subreptitia dispensatio voti, tacito iura-
mento: vel iuramenti tacito voto: vel falso
proponatur votum, cum sit iuramentum: vel
est contra: vel falso dicatur esse alterum vin-
culum solum, cum sit vtrumq;? num. 24.
An sit necessaria mentio in dispensatione repe-
titionis voti, vel iuramenti? num. 25.
Soluntur argumenta. num. 26.
An potens legitimare adulterium, & ince-
stuosum, possit laborantem vtroq; vitio si-
mul? Refertur quedam sententia. numero
28.
Proponitur sententia Authoris. num. 28.
Quid, si in partu fauore ea potestas concessa
sit? num. 29.

An hoc possit, potens furios in genere legitime?
 num. 30.
 Sicuti argumentis. num. 31.

Conclusio sit. Quauis dispensatio ipsa odiosa sit, ac strictè intelligenda: (vt latè disp. præcedenti diximus,) ac potestas dispensandi commissa alicui est latè interpretanda, tanquam fauorabilis. Solet probari ex cap. finali, de simon, quod decidit mādātum dispensandi cum monachis si moniacè ad monasterium admissis, commissum Episcopo, extendi ad dispensandum cum abbatibus eodem vitio affectis. At hic textus nil confert, vt benè aduertunt Aretinus. l. 2. in principio num. 1. ff. de verb. obligat. Fortunius. l. Gallus. §. & quid si tantū, à num. 156. ff. de liber. & posthu. Nauar. eo cap. finali num. 3. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 8. num. 9. Quia ex illo mandato non cōferret Episcopo noua dispensandi potestas, sed excitatur eius potestas ordinaria per concilium generale concessa. Vt constat ex textu, ibi. *Secundū constitutionem generalis concilij dispensares.* Atq; idē textus non probat de commissione, sed de potestate ordinaria ad dispensandum, iure concessa. Et de eadem loquitur. cap. per venerabilem, qui filij sint legit. (vt benè docet Couar. proxime allegatus.) dū is textus probat potestatem dispensandi circa maiora, ad maiora extendi. Sed probatur conclusio. Quia cum dispensandi potestas conceditur, nulli fit præiudicium, nisi soli concedenti, qui potestatem suam totam, vel eius partem communicat: nec ex parte eius, cui conceditur, reperitur aliquod odium. Ac proinde tanquam Principis beneficium est latè interpretanda. Iuxta dicta disput. præcedenti num. 4. Et confirmatur, quia odiosum non est, imò gratiosum, vt in dispensando quis Principis vice fungatur. Secundū, quia semper principale propositum inspicendum est. l. rogasti, in principio. l. si quis. ff. si certum petatur, quod alijs adductis illustrati lib. 6. disput. 1. num. 11. Ad dum conceditur dispensandi facultas, principale intentū non est, vulnerare ius commune, sed id in consequentiam venit: principale autem intentum est, favore quodam, ac beneficio aspicere eum, cui conceditur. Quare esse Principis beneficium, spectandum est, vt latè interpretetur. At dispensatio ipsa directè, ac principaliter tendit ad vulnerandum ius commune, eximendo

quempiam ab illius obligatione. Et confirmatur, quia & si causa mediata possit esse odiosa, satis est vt immediata, id est, liberalitas Principis sit fauorabilis: & hæc regulariter attenditur. l. socium qui in eo. ff. pro socio. l. sed si plures. §. in arrogato. ff. de vulgari, & notat ibi Bart. num. 3. Quòd si opponas, ad discernendum res ne fauorabilis, an odiosa sit, non attendi præferem prout in se est, sed effectū confurgenti id venandum esse. Vt constat ex l. 1. ff. solut. matrim. vbi dos fauorabilis appellatur, quòd effectus inde resultans, nimirum, sobolis procreatio, sit fauorabilis. Si ergo exercitum dispensationis, quod est effectus potestatis dispensandi, est odiosum, ipsa quoque potestas talis erit. Et confirmatur, quòd potestas propter exercitum concedatur, alias inutilis esset. At quoties vnum conceditur propter aliud, concessio fortitur naturam eius propter quòd conceditur. Vt constat ex Bart. doctrina. l. constitutionibus num. 1. ff. ad Municipi. vbi allegato Dyno inde statuta esse stricti iuris probat, quòd actio ex eis descendens sit stricti iuris. Sed vtrique obiectioni satisficit ex doctrina tradita, nam allegata in vtraque obiectione procedunt, quando ille effectus odiosus est principaliter intentus. At hic principaliter intenditur communicatio potestatis, quæ fauorabilis est. Et idē hanc conclusionem tradunt Glossa cap. hi qui verb. in potestate, in fine 15. q. 8 & cap. dudū verb. beneficia, de præb. in 6. Federicus consil. 163. Oldradus consil. 152. num. 1. Calderi. consil. 1. num. vnico, de consang. Bart. l. 2. in principio num. 2. ff. de verb. oblig. & ibi Bald. num. vnico, Imola num. 2. Bartolom. Socinus num. 14. Alciatus num. 48. Alex. num. 6. Paulus num. 4. Angel. num. 2. Roman. num. 62. Aretinus num. 1. Galiaula num. 8. Ioann. And. cap. finali num. 3. fine, de simon. & ibi Anton. num. 5. Abb. num. 3. & 5. Cardin. statim in principio, oppositione 1. Anan. num. 8. Felin. num. 7. cōcluf. 4. & cap. postulasti num. 11. limit. 4. de rescrip. idem. Abb. cap. at si clerici. §. de adulterijs num. 11. de iudic. vbi Imola sine, Alex. de Neuo cap. 23. Decius in noua editione, limitatione 2. numer. 95. & consil. 76. numer. 1. volum. 1. idem. Alexander de Neuo cap. quod dilectio, ad finem, de consangu. & ibi Præpos. num. 8. Ripa. cap. ad aures. num. 20. & 43. de rescrip. idem Anan. cap. finali num. 5. de cleric. pugn. in duello.

Idem

idem Alexan. l. si ita scriptum, num. 3. ff. de lib. & posth. Bartholom. Socinus consil. 34. num. 14. volumin. 5. & consil. 47. num. 32. volumin. 4. Præpos. cap. per venerabilem, in principio, numer. 6. qui fil. sine legit. Francus cap. 1. num. 5. de fil. presbyt. in 6. & ibi Domiaic. in principio, numer. 8. Iacobus de Puteo in suis decif. lib. 3. de cef. 39. numer. 1. Anton. de Rosellis tract. de legitimatione, lib. 2. tit. de causa material. numer. 10. Angelus, verb. dispensatio, numer. 9. vbi Syll. quæst. 5. num. 9. Tabiena, verb. beneficium. 2. quæst. 14. num. 16. Rolandus consil. 61. num. 6. volum. 1. Villadiego tract. de legat. q. 14. num. 31. Nauar. cap. final. num. 3. de Simon. & 5. in Leuitico, notabili. 27. nu. 4. & commento 4. de regular. quod est super. c. statuimus. 19. quæst. 3. num. 15. fin. & lib. 4. consil. tit. de consang. 1. editione, consil. 8. fin. in 2. consil. 4. fine. Couar. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 6. verb. 8. & num. 11. Gutier. q. canon. lib. 2. cap. 15. num. 125. Borgasius de irregul. 2. p. tit. de interpretatione dispensationis, nu. 23. Stunica. q. 6. de voto, num. 57. Gratian regula, 140. nu. 15. & ex Theologis, Henriquez lib. 7. de indulgen. cap. 3. sine. Molina tomo. 1. de iust. tract. 2. disput. 173. column. 4. verb. obseruandum est eum. Sayro thesaur. casuum, tomo. 1. lib. 6. cap. 11. num. 8. Ludouic. Lopez. 2. p. in struct. vbi de clauibus cap. 9. colum. 4. Emmanuel Sama, verb. dispensatio, num. 7. Manuel. 1. tomo summe. 2. editione cap. 166. nu. 3.

2. Temperatur tamen conclusio, vt extendatur hæc potestas non ad quoscunq; casus, sed ad casus quoquomodo adaptabiles casibus in potestate expressis. Sic Felinus. c. fin. n. 8. limitat. 1. de Simon. Gamba ra de author. legati, lib. 10. nu. 203. inde bene inferens non extendi de casu ad casum non comprehensum sub lata verborū significatione. Quare idem Felinus cap. postulasti num. 11. limit. 4. de rescrip. benè ait extensionem huius potestatis fieri ad consequentia etiam separabilia, in quibus est eadem, vel maior ratio, & ibi latè probat.

3. Secundò temperatur, quando solum agitur de præiudicio ipsius concedentis potestatem, secus quādo ea concessio in terrij præiudicium vergit: tunc enim est restringenda potestas. Quod Princeps censeatur velle quā minimum possit damnum terrij inferre. Pro hac parte sunt Anton. & alij, quos referam, num. 28. dicen-

tes potestatem legitimandi non extendi ad casum mixtum, quando est in terrij dānum: eò quòd tunc odiosa sit. Et in terminis proprijs docent Felinus cap. postulasti num. 11. casu. 2. de rescript. & cap. at si clerici. §. de adulterijs, numer. 9. de iudic. & ibi Alexan. de Neuo num. 15. & 23. Alciatus alios referens. l. 2. in principio, numer. 51. verb. fallit. 4. ff. de verb. oblig. & ibi Aretin. num. 1. fine. Gamba ra de author. legati, lib. 10. num. 196. Couar. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 8. num. 9. Valaeus consil. 60. nu. 3. volum. 1. & adhibet hoc exemplum Aretinus cum Innocentio cap. dudum, el. 2. nu. 13. de elec. & Archidiacono. c. si quis de ministris, in fine. d. 10. quomuis Episcopus possit dispensare cum electo criminoso, at id nequiret in præiudicium capicis, qui simul cum eo electus est: nec similiter in præiudicium eius contra quem in testem producit criminofus. Exemplum etiam ponit idem Aretinus in potestate conferendi beneficia. Sed huic exemplo obstat videtur doctrina Glossæ cap. dudum, verb. beneficia, de præben. in 6. vbi potestatem conferendi beneficia tanquam fauorabilem extendendam docet, & cap. si cui, el. 2. de præb. in 6. qui textus manifestè probat potestatem hanc esse fauorabilem, decidens decere gratiam hanc esse mansuram. Quæ verba propriè sonant esse hoc beneficium Principis fauorabile, vt in regula, decet, de regul. iuris, in 6. Sed dic (vt colligitur ex Felino cap. postulasti, numer. 11. casu. 2. in fine, de rescript.) quādo collatio beneficiorum ad solum Pontificem concedentem potestatem ea conferendi spectat, ac potestas est fauorabilis, & amplianda. Quòd soli concedenti Pontifici præiudicet: at quādo collatio ad ordinarium spectaret, ea potestas concessa alteri per Pontificem, est strictè interpretanda, ob ordinarij præiudicium. Intelligenda tamen est hæc limitatio, dummodo præiudicium graue sit, vt docent Glossa cap. olim, in fine, de verb. signif. Archid. cap. quoniam, num. 2. d. 69. Couar. & Valaeus proxime allegati. Quia de minimis non curatur.

Tertio temperatur, nisi consuetudine inducta esset certa interpretatio in ea materia: tunc enim restringenda est potestas dispensandi: ratione eius consuetudinis: vt caueatur scandalum. Constat ex capit. quod dilectio, de consan-

Idem

Ddd guin.

g. in it. quod ad hoc ponderavi disputat. præcedenti, num. 33. Sic Felinus cap. postulasti, num. 11. vers. quartus tamen casus, de rescript. Gambarà de auctoritate legati, lib. 10. n. 194.

5. Quartò temperatur, ne facultas dispensandi absolute concessa extēdatur ad dispensandum in iure naturali, vel diuino. Sic Glossa. l. filius à patre. §. finali, verb. statu ff. de liber. & posthum. Baldus ibi, sine, Angelus sine, Alexander, numer. 4. Aretinus l. 2. in principio, num. 1. ff. de verbor. obli. & ibi Alciatus, num. 5. 1. vers. fallit. 3. Gambarà de auctoritate legati, lib. 10. nu. 204. Felinus. cap. finali. numer. 8. limit. 4. de Simon. & ibi Nauar. numero. 2. Sed Bartholom. Socinus dict. l. 2. in principio, num. 1. 4. atit Glossam, cui prædicti doctores innotuerunt, loqui de impedimentis matrimonio iure diuino inductis. Cū enim in ijs Pontifex dispensare nequeat, non censetur eam potestatem transferre in illa generali commissione. Quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet regula, nemo plus iuris. §. ff. de regul. iuris. Vnde apertè sentire videtur Bartholom. Socinus transire eam potestatem, si Pontifici deleganti competeret facultas dispensandi in eo iure diuino. Verùm Alciatus proximè allegatus, reprobatur hunc intellectum. Quòd ita intellecta Glossa esset fatua, & indubitabilis. Quare Felinus cap. postulasti, numer. 12. vers. tertius casus, de rescript. & Gambarà. d. lib. 10. numer. 205. aiunt hanc limitationem vel aliquid importet, intelligendam esse, etiam si Pontifex delegans possit in eo iure diuino dispensare aliquando ex magna causa. Quare mihi placet hæc limitatio sic intellecta, vt non transeat in ea generali potestate facultas dispensandi in iure diuino, quando id tale est, vt specialiter Pontifici referretur, ita vt non nisi ex magna causa in eo dispense, vt bene explicauit Felinus, & Gambarà. At transire credo, quando non ita stricte. Nemo enim negabit virtute talis potestatis posse delegatum dispensare in votis communibus, quæ iure diuino naturali obligant. At nemo concedet transire potestatem dispensandi in matrimonio rato, nec in solemnitate voti, imò nec in simplici voto castitatis, aut religionis, vt dicemus disputat. 9. numer. 2.

6. Vltimò temperatur, vt latè interpretetur, quando ea conceditur ad dispensan-

dum cum personis non expressis. At stricte intelligitur, vbi exprimuntur personæ, cum quibus est dispensandum. Ratio differentie est, quòd in priori casu sit beneficium, ac privilegium actiuum illius qui dispensaturus est, & in eius gratiam conferitur; quare ac beneficium principis latè exponitur. At in posteriori est privilegium passiuum ipsius, cum quo dispensandum est, vt potè in eius fauorem concessum. Quare non est tam dispensandi facultas, quam quasi dispensatio in esse producta solum executionem expectans. Hæc quoque limitatio apertè colligitur ex cap. si cui nulla, de præb. in 6. Et ita docet Ioan. Andr. cap. final. num. 3. sine, de Simon. & ibi Anton. nu. 5. Abb. numer. 3. & 4. Card. latim in principio, oppositio. 1. Felin. numer. 8. Nauar. num. 3. Alciatus. l. 2. in principio, numer. 50. vers. fallit secundò. ff. de verb. oblig. & ibi Galiaula, num. 11. Gambarà de auctor. legati. lib. 10. numer. 200. Iacobus de Pureo in suis decis. lib. 3. decisione. 39. num. 2. Angelus, verb. dispensatio. num. 9. & ibi Sylu. q. 5. num. 9. Couar. 4. decen. 2. par. cap. 8. §. 8. num. sine. Vnde similiter est latè interpretanda, quando est potestas dispensandi cō determinato personarum numero, etiam si cum vna sola sit, modò personæ non nominetur. Quia adhuc est beneficium, & privilegium actiuum eius, qui dispensaturus est, ac in ipsius gratiam collatum. Sic Alciatus proximè allegatus. At hæc limitatio intelligenda est, quando ad petitionem illarum personarum expressarum, cum quibus dispensandum est, hæc potestas committitur: secus si ad petitionem dispensatur, tunc enim censetur ea potestas in fauorem ipsius concessa, & ita est latè interpretanda. Sic Iacobus de Pureo proximè allegatus. Rota in nouissimis. 7. tomo, lib. 1. decisione. 117. sine, & lib. 2. decisione. 700. sine. At hoc ego intelligo, quando in fauorem ipsius dispensatur, & vt ipsi gratiam faciat, daret eam potestatem prælati. Quod in dubio non præsumi, quando est ad dispensandum cū determinata persona, dicemus disputatione 28. nu. 90.

7. Ex his deducitur primò, privilegia bullæ Cruciatæ, ac iubilæi esse stricte intelligenda. Quòd nō sint privilegia, seu beneficium ipsius dispensantis, sed ipsius personæ bullæ accipientis, vel iubilæi obtinentis. Sic Nau. lib. 2. consil. tit. de iureiur. c. edition,

consil.

consil. 3. nu. 6. an. 2. consil. 1. nu. 6. loquens de iubilæo vocat eas facultates odiosas, ac restringendas. Idem tener loquens de privilegijs Cruciatæ Henrici lib. 7. de indul. c. 30. nu. 1. Quare minus bene Ludovic. Lopez. 2. p. instrum. vbi de clauibus. c. 9. col. 6. dicit facultates bullæ esse fauorabiles, & latè interpretandas.

8. Secundò deducitur, non credendū Abbatibus, & clericis, pugnare, in duello, vbi sit potestatem dispensandi circa beneficium concessam Episcopo, intelligi de simplicibus, & reddit ratione, eò quòd dispensatio sit odiosa. At meritò eū improbant Anan. ibi. n. 5. & Felin. c. postulasti. n. 11. limitat. 4. vers. adde etiā, de rescript. Ripa. c. ad aures. n. 20. eod. tit. Quia licet dispensatio sit odiosa, & sic dispensante Episcopo ad beneficium, intelligatur dispensatio de simplicibus, ac facultas dispensandi sibi data, est latè interpretanda, & ita intelligitur quoq; de curato.

9. Tertio deducitur, sicut in dubio ad dispensatio extēdatur ad aliquem casum, in interpretandū est eam nō extendi ad in dubio non potestas dispensandi extēdatur vt virtute illius possit dispensari in aliquo casu, interpretandum esse extendi. Ratio disparitatis est, quòd illa stricte, hæc autem amplam interpretationem sortiatur. Sic Decius cap. ar. si clericus, §. de adulterijs, in noua editione, limitat. 2. n. 96. de iudic. & ibi Hippolitus. nu. 91. Stunica de voto q. 6. n. 57.

10. Quartò deducitur expositio Tridentini sess. 24. c. 6. de reform. vbi conceditur Episcopis facultas ad absoluenti, & dispensandi circa omnes casus occultos, nec deductos ad forum cōtentiosum, excepta irregularitate ex homicidio voluntario. Dubitari enim potest an ea facultas competat quoq; capitulo Sede vacati; & alijs prælati habentibus iurisdictione quasi Episcopali; & prælati religionis? Et primò si loquamur de capitulo Sede vacante, Suarez de censuris, disput. 41. section. 2. n. 13. negat. Et ducitur primò, quòd de clarari congregatio Cardinalium hanc facultatē solis Episcopis priuatue quoad omnes alios cōcedi. Ergo excludit etiā capitulū Sede vacanti. Secundò, quia hæc facultas non cōpetit ordinario iure Episcopis, sed iure speciali Tridentini (vt dicemus. n. 12.) At quæ iure speciali cōpetunt Episcopis non transeunt in capitulū. At venis existimo eā facultatē transire in capitulum Sede va-

canti. Ducor, quia quauis hoc iure speciali Tridentini cōpetat Episcopis, & capitulū non succedat in ijs, quæ cōpetunt Episcopo iure speciali (vt communiter tradunt doctores cum Innocentio. c. cū in cunctis n. 7. de elect. & Abbate. c. verū. n. 9. de foro compet.) id tamē est verum de ijs, quæ cōpetunt iure speciali delegato, seu ex commissione Episcopo, secus si de iure ordinario speciali, vt tradunt Abb. d. c. verū. n. 9. Felin. c. eam te. nu. 17. de rescript. At hæc potestas competit Episcopis iure ordinario speciali. Potestas enim competens non personæ, sed dignitati vt perperuo, vel officio, est ordinaria (vt præbatur lib. 2. disp. 40. n. 14.) Quod hic cōtingit, eò vel maxime quia Tridentinum in eò decreto nō dicit vt id cōpetat Episcopis tanquā delegatis Sedis Apostolicæ; in quo euentu licet potestas competat officio in perpetuū, est delegata, vt cōmuniter eū Glossa fin. ead. abolendam, de heret. & ibi Abbate. n. 16. tradunt ibi doctores, & Cosmas pragmatica sanctio, tom. 1. tit. de collationibus, §. item circa, in verb. legatorū. Quauis non desint, qui sentiant oppositū. Quare tunc hæc potestas tanquā delegata non transit in capitulum, vt cum alijs probat idem Abb. eod. cap. ad abolendam, sine, contra alios. Quod intelligitur nisi alius iure ordinario competere Episcopo. Tene enim ea potestas transibit ad capitulum, non quatenus Episcopus poterat iure delegationis, sed quatenus poterat iure ordinario. Sicut in Tridentino sess. 22. c. 8. de reform. præcipitur vt Episcopi tanquā Sedis Apostolicæ delegati compellant exequi testamentum; & tamen quia id poterant Episcopi iure ordinario. c. 3. de testa. transit ea potestas in capitulum, quatenus iure ordinario cōpetebat Episcopis. Et ita cōpetere loquentes post Tridentinum affirmant Matienço lib. 5. recopil. tit. 4. l. 14. glossa. n. nu. 47. Molina tomo. 1. de iustitia, disput. 250. Tandem quia non dicitur in eò decreto Tridentini, vt auctoritate apostolica dispensent Episcopi. Quæ verba etiā denotant auctoritatē delegatā, vt tradunt Franc. c. cū aliquibus. n. 4. de rescript. in. 6. Maranta in sua practica. 4. p. d. 5. nu. 4. Poterit ergo capitulum Sede vacante exercere omnia, quæ in eò decreto competunt Episcopis. Nec obstat declaratio Cardinalium in contrarium adducta. Quia de ea non constat authenticè, neq; illa necessario standum est, quauis magnam au-

Ddd 2. tho

thoritate habet. Et forte noluit excludere capitulum Sede vacanti, cum in omnibus fore vice Episcopi fungatur. Et ita sententiam hanc tunc Cenedo collectaneo. 4. ad decretales, nu. 3. Henriquez lib. 14. de irregul. cap. 13. numer. 2. & cap. 20. num. 1. & lib. 6. de penit. cap. 16. num. 1. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. columna. 7. conclus. 5. folio. 10. 42. Manu. l. q. regular. tomo. 1. q. 61. ar. 9.

11 Similiter ea potestas competit Episcopis electis, & confirmatis, licet nondum consecrati. Quia iuxta omnes illis competit ea, quæ sunt iurisdictionis: quale est hoc, & ita docent Cenedo, & Manuel. n. præcedenti allegati. Suarez de censuris, disp. 41. section. 2. n. 7.

12 Si verò loquamur de abbatibus, & alijs prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, & dicecesim nulli Episcopo subiectam, quidam neoterici doctissimi negant (vt refert Henriquez lib. 6. de penit. c. 16. n. 1. commento, litera F.) hæc facultatem Tridentini illis competere. Idem negant Cenedo, & Suarez, nu. præcedenti allegati, & dicitur uterque, quod cum Tridentini decretum d. 24. cap. 6. de reform. exorbitet à iure communi, quo attento solus Papa poterat dispensare, id decretum tanquam odiosum restringendum est. Quare auctoribus Suarez fideles immediate subiectos his prælatis licet alijs exemptis, posse quoad contenta in eo decreto subijci Episcopo, in cuius dicecesi est horum prælatorum dicecesis. Quia cum nõ debeat esse peioris conditionis alijs fidelibus, oportet vt Episcopum habeant à quo possint talè dispensationem petere. Itè quia Episcopus per se habet iurisdictionem in illa dicecesi quoad omnes actus, in quibus illi prælati nõ sunt excepti. Qualis est hic, de quo agimus. Sed quamuis hæc sint valde probabilis: probabilis reputo hanc potestatem competere his prælatis. Ducor quod id decretum Tridentini sit tanquam fauorabile ampliandum (vt bene docent Henriquez lib. 10. de sacram. ordinis. c. 20. n. 2. & Manuel. n. 10. sine allegatis.) Quod probat Henriquez, quia per eam decisionem fit reductio ad ius commune primaui, quo attento poterant Episcopi in omnibus dispensare (vt probauit lib. 1. disp. 61. n. 3.) in quo casu etiam dispensationem diximus extendendam, disp. præcedenti. n. 12. Verù hanc rationem non approbo. Quia optime Suarez de censuris, disp. 41. section. 2. n. 3. probat facultatem dispensandi in eo decreto. Episcopi concessam, minimè illis competisse attento iure primario, & ordinario. Quia cum sint Pontifice inferiores, à quo illæ irregulares, quarum dispensatio illis committitur ibi, promanant, nequibant absque specialia commissione in illis dispensare. Cui inferior nequeat in lege superioris dispensare. c. inferior. d. 1. Quare legitima huius ratio est, quod facultas delegata ad dispensandum, quamuis iure communi minimè competeret, est fauorabilis, & late interpretanda (vt num. 1. probauimus.) Nèdum hæc que est ordinarij (vt nu. 10. probauimus.) Item quia etiam dispensatio à iure exorbitans est late interpretanda (vt probauit disput. præcedenti nu. 7.) quod in corpore iuris est clausa. Nèdum potestas dispensandi in corpore iuris clausa. Qualis est hæc: Tridentinum enim ius commune constituit. Secundò, quia hi in sua dicecesi plenam Episcoporum iurisdictionem habent, ab illis que sola consecratione differunt, vt passim tradunt doctores in materia de voto, & alijs. Et concessarios pro suis dicecesibus approbat: eum tamen id esse Episcoporum, statuatur in Tridentino sess. 23. c. 5. de reform. & idèd hanc sententiam tenent Henriquez lib. 14. de irregul. c. 18. n. 2. in commento, litera P. & lib. 6. de penit. c. 16. nu. 1. Manuel. 2. tomo summe. cap. 10. n. 6. conclus. 6. & q. regul. tom. 1. quæst. 61. ar. 9.

Tandem eadem potestas Tridentini eorum competit superioribus etiam localibus seu conuentualibus religiosis exemptarum erga religiosos eis subditos, vt expressè concessit Pius. V. in quodam breui, cuius verba refert Manuel. q. regul. tomo. 1. q. 61. artic. 9. & ratio est, quia hi superiores funguntur iurisdictione quasi Episcopali in suos subditos religiosos, vt probabo disp. sequenti. n. 9.

14 Quintò deducitur, quid dicendum in ea questione, an potestas ad dispensandum in votis vel iuramentis Deo factis, extendatur ad commutanda. Et quod de potestatem ordinariam dispensandi habent nullus dubitat. Nec etiam aliquis dubitat potestatem ad commutandum non extendi ad dispensandum: quod maius est. Sed difficultas est, an potestas delegata ad dispensandum, extendatur ad commutandum? Quodam existimant eam extendi quoque ad commutandum. Ducitur ex regula. 53. cui licet, de regul. iuris, in 6. vbi habetur cui licet

quod

quod est plus, licet quoque minus. At commutare est minus, quia dispensare. Adde potestatem dispensandi tanquam fauorabilem ampliandam (vt diximus, nu. 1.) Huius sententia videtur Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 3. conclus. 5. nu. 3. ait enim que maior, & quoad quod potestatem dispensare in voto, quod plus est, posse quoque id commutare: quod minus est, vbi videtur loqui tam de potestate ordinaria, quam de delegata, cum generaliter eum dictione vniuersali loquatur, & eius ratio de vtraque probet. Eiusdem etiam sententia videtur aperte Sotus lib. 7. de iust. q. 4. ar. 3. col. 5. paulò ante, vers. ex his sic consequens, vbi hæc ait. *Facultas dispensandi eadem est vbiq; commutandi. Quia maior est facultas dispensandi.* Et tenent expressè Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 30. num. 4. n. Emanuel Sa. Summa, verb. votum, vbi de voti irratione, & dispensatione. n. 19. Aragon. 2. 2. q. 88. ar. 13. column. 6. dicto. 2. & q. 89. art. 9. columna antepenultima, p. proposition. 2. Philarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 22. ad finem. Manuel in expositione Cruciate. 5. 9. n. 15. & tomo. 1. Summa. c. 100. ad finem. Ludouic. Lopez. 2. p. instructori, vbi de clauibus. c. 9. colum. 4. & colum. 8. vers. preterea ex prædictis.

15 Sed quamuis hoc probabile sit, probabilis tamen sententia non extendi ad commutandum. Ducor, quia regula, cui licet, quantum nititur prior sententia, locum habet, quando minus continetur in maiori, tanquam pars in toto, vel species in genere, vt communitate tradunt Doctores, & constatam potens ex privilegio in irregularitate homicidij voluntarij dispensare, nõ poterit in irregularitate excommunicati celebrantis, quæ multo minor est. At commutatio nullatenus includitur in dispensatione. Quia hæc est in parte, vel in toto obligationis dissolutio. At commutatio nullam prorsus vinculi dissolutionem importat, sed translationem eiusdem vinculi voti in aliam materiam. Adde ad commutationem materiam promissæ in aliam æqualem (quod legitima voti commutatio exigit,) non mediocrem perniciam desiderari. Qualis non exigitur ad dispensandum. Secundò, quia non eod ipso quod potestas commutandi alicui auferretur, conseretur ablatam dispensandi potestatem (vt optime probat Nauar. 5. in Leuitic. notab. 27. numer. 1. & sequentibus.) Cum tamen argumentum negatiue à minori ad maius valeat: vt

non potest quis minus: ergo nec maius: perinde vt valeat affirmatiue à maiori ad minus: potest quis maius, ergo & minus. Ergo eadè ratione, qua negatur valor prioris argumenti: eod quod diuersa ratio sit in vtraque potestate: negandus est posterioris valor. Et ita hanc partem sustinent Nauar. ibi, & Summa cap. 11. numer. 79. Palacios. 4. dist. 38. disp. 3. colum. 57. vers. & sanè si amicus Medina lib. 2. Summa cap. 1. folio. 258. Valentia. 2. 2. disp. 6. quæst. 6. puncto. 7. colum. 10. vers. denique Azor lib. 11. institutionum moralium cap. 10. quæst. 4. & capit. 18. quæst. 7. Ludouic. Lopez. 1. part. instruct. cap. 50. paulò post principium. At qui potest dispensare ex privilegio, potest partim relaxare, & partim commutare. Tum quia potestas hæc partim commutandi includitur ad potestatem dispensandi, tanquam necessaria ad eam perfecte exercendam. Cum vniuersi auctores consulant ne omnino dispensatio voti concedatur, sed mixta aliqua commutatione. Quod & Pontifex ipse in omnibus votorum dispensationibus obseruat. Tum etiam quia partim commutare non solum est quid minus, sed etiam in ipsa dispensandi facultate continetur, vt pars in toto. Nam dispensans dirimit omnino vinculum, ad commutans in parte, dissoluit solum in parte. Ita Azor ibidem.

16 Sextò deducitur resolutio eius quæstionis, an habens facultatè delegatam dispensandi in votis, ea ve commutandi, habeat eandè subinde circa iuramenta soli Deo facta? Et quado est potestas ea ordinaria circa vota, omnes fatentur extendi eam ad huiusmodi iuramenta. Sed de potestate delegata est grauis difficultas: & similis difficultas est, si votum iururatum confirmetur. Quidam ergo censent potestatem delegatam commutandi vota, qualis per bullam, vel iubilei conceditur, nõ extendi ad commutanda iuramenta soli Deo facta: & idem censent de potestate dispensandi. Ducitur primò, quia id iuramentum ultra vinculum expressum iurandi, continet implicitum voti facti Deo. At duo vincula sunt vno fortiore capit. 1. de tregua & pace. Eodque fortius ratio hæc vtger, quod privilegia bullæ, & iubilei sint strictè interpretanda (vt dixi numer. 7.) Secundò, quia obligatio voti, & iuramenti sunt diuersæ species. Tertio, quia nõ est necesse vt sublata promissione, que est materia iurandi, ipsum quoque consequenter tollatur. Nã promissio quæ

Ddd 3 est

est materia iuramenti metu extorti, ac solvendi iuras, est irrita. Cum tamen maneat ius obligandi in iuramento, cap. de iuramentis, & cap. si verò, de iureiurand. Et confirmatur, quia esto iuramentum vt accessorium cesseret sublato, ablato principali, quod est promissio, restaret probandum, posse tunc virtute eius potestatis delegatæ ad vota tolli eam promissionem. Quia dicam eam potestatem esse ad tollendum votum simplex: secus quando est altero iuramentum in vinculo communitum. Tandem, quia dato iuramentum minoris obligationis esse quàm votum, ac non est pars voti, eiusve species. At concessio maiori non censetur, cœdendi minus, quod nec pars, nec eius est species. (vt nullo modo præcedenti diximus.) Huius sententiæ sunt Navar. summa Latina cap. 27. numer. 275. vers. 16. & lib. 2. consil. tit. de iureiurand. in prima editione, consilio. 3. num. 6. in secunda consil. 1. num. 6. Azor lib. 11. instr. moral. c. 10. q. 2. Et hanc cum quadam distinctione sequitur Ludovicus Lopez. 2. p. instr. vbi de clauibus. c. 9. columna. 5. vers. ad punctum denique, nimirum, vt sit vera, quando iuramentum habet votum inclusum, secus quando illud non tacite includit.

17 Alijs verò alia distinctio placet, nempe, si iuramentum absolute fiat, facultas circa vota non extenditur ad iuramenta. Vt sustinet opinio præcedens. Secus si prius emissio voto, statim, vel ex temporis intervallo emittatur de eadem re iuramentum. Tunc enim facultas circa vota extenditur ad iuramentum. Quia sublato principali, cessat iuramentum voto accessorium. Sic tenent quidam Neoterici, quos tacito nomine refert Azor num. præcedenti allegatus.

18 Ceterum quâvis hæc sententiæ sint probabiles, probabilius reputo posse ea iuramenta virtute talis privilegij commutari, in civis dispensari. Hanc sententiam probant Caietan. & Henriquez, & ferè omnes Doctores allegandi, eo quòd concessio maior, censetur quoque minus cœdendi. Regula, cui licet, quod plus est, de regul. iur. in. 6. At vinculum iuramenti vinculo voti minus est. At hæc ratio displicet. Quia cū iuramentum non sit pars, nec species voti, non procedit ea regula. (vt dixi. m. 5.) Sed ducor ad hanc sententiam tenendam, quòd ad dispensandum in eis iuramentis, illavè commutanda, nulla sit opus facultate cir-

ca ipsa iuramenta direxerit, sed satis sit facultas circa votum in eis virtute inclusum, quo sublato per dispensationem, aut eo commutato, ex consequenti, & quasi per accidens destruitur, vel commutatur iuramentum, vt potè quod innitebatur illi promissioni, tanquam fundamento. At id privilegium vt potè vniuersale extēdetur ad omnia vota, ac proinde ad id, quod verè est tale virtute inclusum in eis iuramentis. Ex consequenti ergo extenditur ad ea iuramenta. Secundò, quia dispositum in vno æquiparatorum censetur dispositum in altero. I. tantum. ff. de seruo corrupt. iuncta l. si quis seruo. C. de furtis. Et docet Glof. c. si postquam, verb. confirmatione, de elect. in. 6. quam commendat Abb. c. 2. num. 10. de mutu. petit. At quoad hæc privilegia, verè æquiparantur huiusmodi iuramenta, & vota. Quippe in eis privilegij conceditur facultas remittendi, aut cōmutandi obligationē ex virtute religionis soli Deo tanquam creditori acquisitam: & solū spectatur, an etiam homini ius comparatū sit: vt euenit in iuramentis homini præstitis. At rā voti, quàm iuramenti soli Deo præstiti obligatio tantum Deo acquiritur. Ergo facultas circa vota extenditur ad iuramenta hæc. Et ideo huius sententiæ ferè expressè est Caiet. 2. q. 89. art. 9. paulò post principium, vbi negari nequit eum loqui de potestate delegata: cūm dicat hæc verba. *Omnia iuramenta subsunt inferioribus. Papa, quo si essent vota, subsent eis dē. Quia cui concessum est posse ordinare in maius, concessum quoque esse posse in minus.* Vbi pondero ea verba, *Cui concessum est, quæ potestatem delegatam importat: item rationem, cui innititur, quæ procedit in potestate delegata.* Nam posse Episcopum, cui incumbit ex potestate ordinaria, non innititur ei rationi: potest enim similiter, quando vtrumque vinculum expressè reperitur, cūm tamen sit maius: sed innititur amplitudini eius potestatis ordinariæ. Idem tenet expressè Sunica de voto. q. 5. num. 42. Henriquez lib. 7. de indulgent. cap. 30. num. 5. Emmanuel Sa summa, verbo, iuramentum, num. 32. & verb. votum, vbi de voti irritatione, & dispensatione, numer. 16. Aragon. 2. 2. q. 86. artic. 9. quatuor columnis, ante finem, vers. dico quartò, & q. 88. art. 12. columna. 6. dicto. 1. Vidualdus cœdelabro sacram. 3. p. c. 14. n. 8. nucl. 1. tomo summa, secunda editione, c. 192. concl. 101. n. 30. & in bulla Cruciatæ

§. 9. n. 110. regula. 6. & addit. ad eum. §. 9. n. 111. & q. regul. tom. 1. q. 63. ar. 5.

19 Imò si privilegium esset ad iuramenta soli Deo facta, id eaderet extēdi ad vota. Quia licet nō militet tūc prior ratio adducta. n. præcedenti: cū tunc principalis sit voti obligatio, ad quā debet esse extēsiō: at militat posterior, nēpe: hæc æquiparari quoad dispensationem, & commutationem.

20 An verò possint virtute eiusdē facultatis commutari, aut relaxari iuramenta, in quibus est turpitudine ex parte recipientis. Quæ sunt metu extorta, aut solvendi iuras? dixi lib. 1. disp. 32. n. 17.

21 At vt gravior difficultas, est quando ad sui expressè voti, & iuramentum eiusdē rei. Quiddam negant facultatē delegatam ad vota, extēdi ad hæc duo vincula. Quia sunt duo vincula expressa, quæ apertè maiora sunt vnicō concessio. Et confirmatur, quia D. Thom. 2. 2. quest. 89. art. 9. ad 2. ait iuramentum addi voto, vt per duas res immobiles maior firmitas habeatur. Et Sotus lib. 8. de iust. q. 1. artic. 8. ad 1. ait licet vinculum iuramenti sit minus, additū voto nexum facere implicatiorem. Tandem quia ideo Societas lesu, cui Paulus. III. cōcesserat facultatem commutandi vota, impetravit à Gregorio. XIII. vt id privilegium extenderetur ad vota iureiurandi firmata, vt constat ex compendio privilegiorū, verb. commutatio. §. 1. Sic tenent Henricus lib. 7. de indulg. c. 30. n. 5. Azor lib. 11. in institutionum moralium. c. 10. q. 2. & cap. 18. q. 1. 6. & cap. 19. quest. 19. Manuel in bulla cruc. §. 9. num. 110. & in 2. tomo summa cap. 100. fin. & q. regul. tom. 1. q. 63. art. 5. Sorbas in cōpendio mendicantiū, verb. absolutio. 3. quoad seculares, in resolutionibus, quas ibi ponit, conclus. 8.

22 Alij verò absolute docent eum, qui potest vota commutare, posse etiam licet sint iuramento firmata. Sic Emmanuel Sa summa, verb. votum, vbi de voti irritatione, & dispensatione. n. 16. & potest probari, quia cū virtute eius privilegij possint cōmutari, & iuramenta, & vota in diuersis personis, poterunt quoq; in eadem persona cōcurrētia iuxta doctrinam, quam n. 28. amplectemur. Secundò, quia æquiparatur vota, & iuramenta quoad hoc (vt n. 18. diximus.) Tertio, quia perinde est, ac si id votū repereretur. At nullus dubitaret posse virtute eius privilegij hæc voti cōmutari.

23 Verum sic distinguendum existimo. Si iuramentum præstetur ad voti emissi con-

fimationem, tunc privilegium commutandi, aut relaxandi vota extendetur ad ea sic iureiurando munita. Et in hoc casu erit vera sententia, num. præcedenti allegata. Et sustinet Manuel addit. ad bullam cruciatam. §. 9. num. 111. Ducor prior ratione numer. 18. proposita: tunc enim iuramentum est voto accessorium, ac proinde satis est sola potestas ad tollendum voti vinculum, quo sublato cessat iuramentum. Si verò non præstetur iuramentum in voti confirmationem, sed in dependenter ab illo, vt si quispiam prius iuravit ieiunium, & postea vouit idem: vel si prius id vouit, & postea iuravit, non quasi votum confirmans, sed vel eius immemor, vel omnino independentem, tunc privilegium erga votum minime extendetur ad votum, & iuramentum simul. Quod probant argumenta, numer. 21. proposita: & in hoc casu est vera sententia ibi relata. Cū enim sint duo vincula diuersæ speciei, ne vnum pendeat ab alio, vt sic illo sublato cesset, fortiora sunt vno solo, quod privilegium concedit. Ergo id privilegium non extendetur ad vtrumque. In dubio autem an iuramentum posterius emissum, sit præstitum ad solum confirmandum votum, credo sic presumi. Quòd semper solet sic præstari, quoties votum præcessit. Sicut quando votum repetitur. Quare privilegium concessum circa vota, extenditur in eo dubio ad votum simul cum iuramento.

24 Ex his colligetur, an dispensatio voti tacito iuramento, vel iuramento tacito voto: vel si falsò dicatur votum emissum, cūm sit iuramentum: vel falsò iuramentum, cūm sit votum: vel non tantum alterum eorum taceatur, sed falsò affirmetur esse tantum alterum, cūm tamen sit vtrumque vinculum, sit subreptitia? Et videtur talis. Quia cū sint diuersa vincula, dispensatio in altero vnicō falsò allegato, non extenditur ad alterum verum: vel in vno solo verò allegato, non extenditur ad vtrumque reuera concurrens. Eò vel maxime quòd dispensatio sit odiosa, & stricti iuris, nec ad separabilia extendatur (vt diximus disp. præcedenti. numer. 20.) At votum, & iuramentum posse separari constat. Et confirmatur, quia dispensatio in consanguinitate falsò allegata, cum reuera sit affirmata, erit subreptitia. Secundò, quia est taciturnitas veri necessarii ad dispensationē, vel

expressio falsi circa necessariam eius materiam. Cùm vtrumque vinculum dispensatione indigeat. Nec dispensantis intentio extendat ad vinculum, quod verè ignorat. Sed sic distinguendum credo. Si sit solum votum, vel solum iuramentum Deo factum, valebit dispensatio, vtrumvis falso loco alterius exprimitur. Quia sunt quoad hoc æquiparata (vt. n. 18. diximus) nec ad dispensationem refert vtrum illorum sit. sed sola spectatur obligatio ex religionis vinculo Deo facta. Quare mendacium non erit circa quid substantiale dispensationis: & sic non vitabit (vt suo loco dicemus.) Idem existimo, si iuramentum, & votum expresse facta de eadem re concurrant, quando iuramentum fuit ad voti confirmationem modo, quem, num. præcedenti explicui. Quia tunc solum votum dispensatione indiget, & eo sublato cessat iuramentum (vt dixi numer. præcedenti.) Atque proinde valida erit dispensatio, siue solum votum exprimitur, tacito, aut negato iuramento: siue solum iuramentum (quod vt constat, habet in se inclusam promissionem) tacito, aut negato voto. Quippe ea taciturnitas, aut falsitas non est circa dispensationis substantia. At quando iuramentum non est in voti confirmationem, sed independenter ab illo emissum, oportet ne dispensatio subreptione notetur, vtriusque vinculi mentionem fieri. Et hanc partem probant rationes, nu. præcedenti adductæ. Argumenta soluentur numer. 26.

25 Quando autem non nouum vinculum additur, sed idemmet repetitur, vt idem votum, aut idem iuramentum: absque dubio non opus est mentionem repetitionis in dispensatione fieri. Quod millies repetitur nullam nouam obligationem inducat, sed solum pristinam confirmet, vt optime docet Azor lib. 11. institutionum moralium. c. 14. q. 1. & probauit lib. 7. disput. 27. n. 25.

26 Ad argumenta, nu. 16. proposita respondetur. Ad primum dic id concludere, si vtrumque vinculum æquè, & directè soluedum esset: at vt soluitur alterum directè, quo sublato soluitur aliud ex necessaria sequela, non requiritur maior potestas. Nec obstat eas potestates esse odiosas, ac restringendas. Quippe in hoc euentu nulla est potestas illius extensio. Cùm ad alterum tantum soluedum data sit, quo sublato cessat reliquum. Ad secundum dic

nil obstat esse diuersas species: tum quia quoad dispensationem æquiparantur omnino (vt nu. 18. probauit.) Tum etiam quia per facultatem circa vota, nil conceditur directè, & per se circa iuramentum confirmans illa, sed indirectè, quatenus qui liber est à voto, est subinde liber à iuramento illud confirmante. Ad tertium dic duplex esse iuramentum, quoddam quod non est accessorium promissioni, nec illam confirmat, nec ex ipsa vim obligandi fortitur, sed ex sola Dei reuerentia, qui adductus est in testem. Et huiusmodi sunt iuramenta, in quibus ex parte recipientis adest turpitudinis. Quare cùm hæc non sint accessoria promissioni, nec ex ipsa vim obligandi habeant, non cessat eorum obligatio, quauis cassata sit promissio. Quod si velis probare, esse accessoria promissioni: quia eo cui fit remittente illam, cessat eorum obligatio. Dico id non euenire, eò quòd sint accessoria promissioni: sed quia tota res promissa cedit in vtilitatem eius, cui promittitur: quare illo remittente cessat fides seruanda diuino testimonio. Aliud verò est iuramentum, quod totam vim obligandi habet ex promissione facta Deo; & est ei accessorium, illamque confirmat, vt est iuramentum soli Deo prælitum, de quo in præsentibus agimus: & hoc pendet ex promissione principali, vt potè ipsi accessorium, & ea destructa per dispensationem, aut commutationem, ex necessaria consequentia destruitur. Ad confirm. dic nò ad libitum affirmari esse tunc potestatem circa votum. Cùm enim iuramentum non sit principale, sed accessorium, id non spectandum est, ad indagandam potestatem. Quia sequitur naturam principalis, & eo sublato tollitur regula accessorium, de regul. iuris. in. 6. Ad vltimum dic nos minime vt eo argumento, imò illud. n. 18. reieciimus. Ad argumenta nu. 21. proposita respondeatur. Ad primum dic id concludere, quando sunt ex æquo ea vincula. Quod nos nu. 25. falsi sumus. Secus quando est accessorium: tunc enim non est necessaria directè potestas in votum, & iuramentum, sed in illud solum, quo sublato cessat hoc. Ad confirm. fateor maiorem esse obligationem, etiam si iuramentum sit voto accessorium: at quia tunc sublata voti obligatione tollitur & iuramenti, satis est potestas ad votum. Ad vltimum dic merito id privilegium obtentum esse, tum ad vitandos scrupulos, qui ex opinionibus circa hoc varietate suboriri

possent: etiam quia deseruit, vt virtute illius possint commutari vota iurata etiam quando vtrumque vinculum ex æquo obligat. Ad argumenta. n. 22. adducta respondetur. Ad primum dic eam doctrinam procedere, quando æquè haberet quispiam potestatem in votum: & iuramentum: aut hoc esset accessorium voto. Secus quando nò ex æquo hoc habet, sed ratione æquiparationis voti, & iuramenti inter se, potens in vno potest in alio: tunc enim cùm vtrumque vinculum non æquiparetur alteri soli, sed illud excedat, nec iuramentum sit voto accessorium, sed ab eo independens, potens in alterum seorsum, nequit in vtrumque simul, vt potens ex privilegio dispensare in secundo consanguinitatis gradu, potest à fortiori in tertio, at nequit quando vterque gradus concurrat. Quia non habebat potestatem in vtrumque directè, sed per quandam consequentiam. Ad secundum constat ex dictis in proxima solutione. Ad tertium dic votum multiplicatum nò addere nouam obligationem, sed solum præteritè confirmare: secus de iuramento addito voto. Ad argumenta proposita. n. 24. respondetur, ad primū dicitur sint diuersa vincula, esse quo ad dispensatione profus æquiparata: & ideo non esse mendacium in substantia, si vnum vice alterius exprimitur. Et cùm iuramentum sit accessorium voto, & sit sit dispensatio in voto expresso, vel in sola promissione in iuramento inclusa, satis erit alterum explicari, quamuis sint separabilia: nec hoc est dispensationis extensio vt proxime diximus. Secus quando sunt diuersa vincula non æquiparata, vel duo sine vlla alterius ab altero dependentia. Ad confirm. dic non esse simile: quia ea sunt profus diuersa impedimenta. Ad secundum constat ex dictis.

27 Vltimò deducitur, quid dicendum sit in ea celebri questione, an potens ex privilegio legitimare adulterinum, & incestuosum, possit quando vtrumque vitium in eadem persona concurrat? Quidam negant, id probat primò ex l. vni passam. 39. verb. præscriptio. ff. ad l. Iuliam, de adul. ibi. *Præscriptio quinq; annorum crimen incesti iunctum adulterio non excusat.* Vbi Glossa, verb. iunctum, ait separati tolli: vt expressè habetur l. mariti. 29. verb. hoc quin quennium. ff. eodem tit. Secundo ex l. adeo verb. cùm quis. ff. de acquir. rer. dominio, vbi habetur id, quod mixtum est, diuersam per se speciem constituit. Tertio, quia po-

testas legitimi mandari non est fauorabilis, sed odiosa. Quod ex eo constat, quòd princeps protestetur, se nolle hanc potestatem exercere, ne delinquendi ansa præbeat. §. finali. auth. quib. mod. natur. eff. sui. Cùm ergo transeat in delegatum, cum omnibus suis qualitatibus (vt notatur. l. Pomponius 13. §. cùm quis adminiculu. ff. de acquir. posses.) erit quoad odiosa in persona delegati. Quarto, quia concessio minori non ceditur maius concessum. c. porro, de priuileg. at natus ex adulterio, & incestu simul, odiosior est nato ex altero solo. Nam duplex funiculus strictius ligat. c. 1. de treg. & pace. Et confirmatur, quia grauius punitur cõmittens adulterium cū incestu. l. adulterium cum incestu, in principio, vbi Bart. ff. ad l. Iul. de adul. Quintò, quia legitimatio numeratur inter Principi referuata. §. finali. auth. quib. mod. natur. eff. sui, quæ nunquam in generali concessione comprehenduntur, nisi exprimat, c. quod translatione, de offic. deleg. Expressione ergo facta huius potestatis in aliquibus casibus, non veniunt maiores expressus. Clem. non potest, de procur. Hæc sententia definita est in quadam disputatione Bononiæ habita, vt referunt eam tenentes Calderinus in sua disputatione incipienti, Papa concessit. Ioan. Andr. addit. ad Speculatorum, rubrica qui fil. sint legit. verb. ipse soluit. Archid. c. virginem. n. 27. q. 1. & ibi Bellemera. n. 2. Anchar. regula accessoria. n. 18. fin. de regul. iuris. in. 6. Dominicus. c. suscepta. nu. 5. vers. nota, quòd, de rescript. in. 6. Roman. consil. 498. num. 14. Alex. consil. 62. n. 17. volum. 3. & consil. 144. n. 4. volum. 5. Bartholom. Socin. l. 2. in fine principij. ff. de verb. oblig. vbi Iason. nu. 4. Aretin. n. 1. Molinæus. nu. 59. & 60. idem Aretinus, c. at si clerici. §. de adulterijs. n. 37. & 38. vbi Immoia sine, de iudicijs, & ibi Bellemera. n. 36. q. 11. Ad notator ad Decium ibi, in noua editione, nu. 114. verb. contrarium. Fortius latissimè disputans. l. Gallus. §. & quid si tantum, à nu. 152. ff. de liber. & posth. Ludo. de Sardinis tract. de naturalibus liberis. 2. p. tit. de legitimatione per rescriptum, in fin. Euerardus loco ab æquipollentibus. n. 16. & loco à vi geminationis. n. 12. Sarmiento lib. 5. selectarum, super. d. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 38. Gutierrez allegatione. 3. n. 20. Borgasius de irregul. 2. p. tit. de interpretatione dispensat. n. 11. Gallego de cognat. spirit. c. 24. n. 15.

28 Quamvis tamen hæc sententia sit valde probabilis, contrariam probabiliorem reputo: posse, nimirum, virtute illius facultatis legitimi utroque vitio laborantem. Ducor, quod in materia favorabili sub simplicibus continetur casus mixtus, secus in odiosa, ut docet Bart. l. Gallus. §. & quid sit tantum. n. 3. ff. de liber. & posth. sic cōcordas textus in l. vim passam, vers. præscriptio. ff. ad l. Jul. de adult. qui decidit sub simplici non comprehendit mixtum: & l. si ita, in principio, ff. de lib. & posth. qui decidit sub simplici mixtum claudit: ut prior in materia non favorabili, posterior autem in materia favorabili intelligatur. Cum ergo questio nostra loquatur in potestate legitimi, quæ largiuntur beneficium favorabile est, hæc largissima interpretatio. Iuxta dicta disput. præcedenti, nu. 4. & ita hæc pariter sustinet Bart. l. 2. in principio. n. 2. ff. de verb. oblig. & ibi Immol. nu. 2. Alex. n. 5. Alciatus. n. 44. & 55. Zasius. n. 16. Roman. n. 62. Angelus Perulinus. n. 2. Galiaula. n. 14. idē Angelus. l. clemens, in fine ff. de hæred. instit. & d. l. si ita, in principio nu. 4. vbi idem Alex. n. 3. Abb. c. finali. n. 7. de Simon. Bald. d. l. si ita, in fine principij, & in lit. de actionibus. §. 1. nu. 1. Bartholo. Socinus cons. 3. n. 14. volum. 3. Decius. c. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione. n. 120. de iudic. & ibi Alex. de Neou. n. 23. vbi Abb. n. 11. quem sequitur Felin. c. finali. n. 8. de Simon. dicit de æquitate videri hæc sententiam veram, licet attentio iuris rigore fortè opinio contraria sit verior. Eandem tenent Ananias consil. 95. vius & ponderatis, in fine. Curtius Iunior consil. 75. n. 8. Angelus, verb. dispensatio. n. 9. vbi Sylu. q. 3. n. 10. Mandosius regula. 10. cellariæ. q. 3. n. 10. Spino Speculo testam. gloffa. 16. nu. 147. & ex Theologis, Henriquez lib. 14. de irreg. c. 8. n. 10. Emmanuel Sa summa verb. dispensatio. n. 7. Et eandē sequuntur aliqui cum quadam limitatione, nempe, ut vera sit, quando de præiudicio tertij non tractatur, secus si in tertij præiudicium cederet. Et ponit exemplum Couar. statim allegandus, ut si cognatis hereditatem defuncti intestati iure optimo perentibus esset legitimatio facienda: vel si extaret filij legitimi adhuc ipso patre viuente (quamuis alij Doctores huius limitationis allegandi solum reputent in præiudicium tertij cedere legitimationem, quæ do fit post parentis obitum.) Et ratio huius limitationis (quam verissimam repu-

to), est, quia potestas legitimi, & dispēsan di inter odiosa, & restringenda numerantur, quando in tertij damnnum pullulāt. (vt diximus, nu. 3.) Authores huius limitationis sunt, Anton. c. per venerabilem, nu. 13. qui filij sint legit. & ibi Alex. de Neou. n. 52. Præpos. ibi. §. quod autem. n. 2. fin. Paulus. d. l. 2. in principio, num. 4. Felin. c. at si clerici. §. de adulterijs, nu. 8. ad finem, de iudic. & c. postulati. n. 11. vers. secundus casus est, de rescript. Iason instit. de a dionibus. §. 1. n. 31. & ibi Angelus. n. 3. Antonius de Rosellis tractatu de legitimatione, lib. 2. tit. de causa materiali. n. 2. versic. sed iuxta ista quæro. Milis in repertorio, litera. F. num. 12. verb. filius, vers. filius qui est spiritus. Gábara de autoritate legati, lib. 10. n. 202. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 9. Et hanc sequendam esse limitationem, adhuc retenta hæc posteriori sententia asseruat Aretinus. d. l. 2. in principio. n. 1. & Minchaca de successio. creatione, lib. 5. §. 22. n. 51. sine dicit saltem in hoc casu hæc sententiam esse verissimam. Quamvis im merito hanc limitationem reprobent Iason. d. l. 2. in principio. n. 2. fine, & ibi Alex. n. 6. & l. si ita, in principio. n. 3. ff. de liber. & posth.

29 Intellige tamen hanc sententiam, quando in fauorem legitimi cōceditur hæc facultas legitimi: secus quando in ipsius legitimi fauorem. Ratio est, quia in priori casu est amplè interpretanda: in posteriori autem strictè, vt diximus, num. 6. & tenet Iacobus de Puteo ibi allegatus.

30 Tandem quando potestas legitimi concessa alicui loqueretur de spurijs, nulla limitatione apposita: cum spurius sit terminus generalis cōprehensens sub se omnes spurijs species (vt tradit Bart. l. finali, in principio. nu. 2. ff. de his quib. vt indign.) extendetur etiam ad casum mixtum, eod vel maxime quod potestas hæc sit favorabilis, & latè interpretanda. Et quibus aliqui respondeant spurium esse terminum generalem respectu casus simplicis, & non mixti. Sed hoc reprobatur Decius statim allegandus. Quod natura generis sit includere quamlibet speciem, l. si quis sic stipuletur, ff. soluto matrim. & l. 2. §. doli. ff. v. bonorum rapt. vbi Bart. Et casus mixtus aut cōstituit tertiam speciem, & tunc talis sub genere comprehenditur, vel si non consistat nouam speciem, applicatur simplicibus, argumento ex l. queritur, ff. de statu homin. & sic semper sub genere includi-

tur.

dicitur. Et ita hanc partem sustinet Decius. c. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione. n. 114. & duplici sequenti, de iudic. & ibi Aretinus. n. 42. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 8. quamuis minus bene teneat contrarium Alciatus. l. 2. in principio, nu. 41. & 42. vers. ex supra dictis. ff. de verb. oblig. dicens in potestate legitimi spurium non claudit mixtum.

Ad argumenta, num. 27. proposita respondetur. Ad primum constat ex dictis num. 28. vbi cum textum in non favorabilibus procedere diximus. Ad secundum respondet Bart. l. 2. in principio, numer. 2. ff. de verb. oblig. eam legem non facere ad rem: quia in ea agitur quando ex commixtione mutatur rei substantia: vt si ex duplici specie materia quedam tertia species conseruetur. At in nostro casu eadem species maneat. Ad tertium dicit cum Bartholom.

Socino. d. l. 2. in principio, num. 14. id tantum probare, exercitium legitimum esse odiosum, tam in Principe, quam in delegato: secus de potestate. Sicut licet dispensatio ipsa sit odiosa, at potestas dispensandi est favorabilis. Ad quartum & confirm. & 5. omnia solutione Decij cap. at si clerici. §. de adulterijs, in noua editione, numer. 120. de iudic. quam bene reprobatur Galiaula. d. l. 2. in principio, numer. 14. & 15. respondetur cum ipsomet Galiaula, quæuis mixtum maius, & odiosius sit duobus simplicibus seorsum sumptis, & concessio minori non censetur regulariter concessum, quod maius est: at hoc fallit, quando agitur an disponens de duobus simplicibus separatis, ceseatur idem disponere de ipsis vnitis. Nam in materia favorabili dicendum est, sub illis simplicibus comprehendit mixtum, vt probauit. n. 28.

DISPUTATIO TERTIA.

An dispensatio personarum distinctionem exigat, ita vt nequeat a prelati erga semetipsum exerceri in ijs, in quibus possunt cum subditis dispensare?

SVMMARIVM.

An dispensationem in propriam possint prelati erga se exercere? nu. 1.

An dispensatio generalis concessa a prelati, ipsos quoque comprehendat? nu. 2.

An possint committere confessorio vt cum ipsis dispensent? n. 3. & ibi an oporteat vt sit proprius illorum confessorius: vel illi intendat fieri?

An possint secum proprie dispensare? Refertur duplex opinio. n. 4. & 5.

Romanus Pontifex potest secum dispensare? nu. 6.

Idem de Principe seculari, nu. 7.

Idem de Episcopis, & prelati habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, nu. 2.

Idem de prelati regularibus etiam localibus: & an hi habeant iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos? nu. 9.

Idem de habenti potestatem delegatam dispensandi cum communitate, cuius ipse est pars, nu. 10.

An idem dicendum sit de habenti limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, vel certo personarum numero? nu. 11.

Satisfit argumentis, nu. 12.

Premittendum est, duplicem esse dispensationem, quædam est proprie dicta, quæ est vera iuris relaxatio, & proprie actus iurisdictionis. Alia improprie, quæ potius dicitur licentia quædam, seu facultas: est que consensus quidam, seu approbatio superioris, nõ relaxans obligationem legis, vt quando in constitutionibus regularum præcipitur ne aliquid fiat absq. superioris licentia, nõ intendunt constitutiones id opus omnino interdiceri, sed tantum ne fiat sine ea conditione: nec licentia illa est proprie actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis, & si de hac impropria dispensatione loquamur, verissimum est, ac communi religionum vsu receptum, vt possint prelati secum dispensare, vtendo, nimirum, licentis, quas dare possunt suis subditis. Quippe expedit vt ij, qui alijs facultatem facere possunt, sibi quoque facere possint: ne sint peioris conditionis quam subditi, nec enim habent superiore, quem facile adire valeant. Et ita docent. D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 8. Turrecre. de monachis. 16. q. 1. D. Anton. 3. p. tit. 29. c. 2. §. 7. Angelus.

verb.